

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diocese.

Inhalt: 45. Seligsprechung jener Märtyrer, welche in jüngster Zeit in Cochinchina, Tonking und China für Christus ihr Blut vergossen haben. — 46. Currende, betreffend die Weihe der Menschheit an das hei-

ligste Herz Jesu. — 47. Jahresbericht über den Verein der christlichen Familien für das Vereinsjahr 1899/900. — 48. Diöcesan-Nachrichten.

45.

Seligsprechung jener Märtyrer, welche in jüngster Zeit in Cochinchina, Tonking und China für Christus ihr Blut vergossen haben.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

FORTISSIMORUM virorum seriem, qui effuso sanguine testimonium Christo reddiderunt, nulla unquam conclusit aetas, sed fastorum ipsorum tabulae novis semper enitent titulis. Martyrum enim purpurata sanguine vel ab ipsis suis primordiis Ecclesia exhibere postea nunquam destitit miranda exempla fortitudinis. Dum ad labefactandam Christi militum firmitatem nova excogitarunt tyranni suppliciorum genera, auxerunt pariter ad sempiternum Ecclesiae decus praestantium heroum coronas et palmas. Id porro non sine providentissimo Dei consilio factum est: nimirum ut manifeste constaret durissimo certamini e coelis adfuisse Auctorem fidei nostrae Christum Iesum, qui, ut scripsit S. Cyprianus, „praeliatores et assertores sui nominis in acie confirmavit, erexit, qui pugnavit et vicit in servis suis“. Hoc etiam saeculo modo ad exitum labente, Cochinchinae, Tunquini, et Sinarum Imperii terrae feraces martyrum fuere. Excitato enim plurium annorum spatio illis in regionibus dirissimae insectationis turbine adversus Christi Religionem feliciter illuc invectam, multi Evangelii praecones exantlatis per eas gentes ineffabilibus laboribus, aditisque omne genus periculis, quam diuturno sudore pro-
vexerant fidem, effuso cruore obsignare non dubitarunt. Haec generosa Christi pugilum manus praeclara antiquorum martyrum facinora aequavit; antistites enim sacrorum, sacerdotes tam saeculares quam regulares, catechistae, milites et cuiusque conditionis aetatisque homines, atque etiam mulieres, exsilia, carceres, cruciatus, extrema denique omnia fortiter pati maluerunt, quam Crucem conculcare et a sanctissima religione desciscere. Atqui ad tentandam Christianorum in fide constantiam, exquisitissima barbari tortores adhibuerunt tormenta, quae meminisse animus

nedum enarrare reformidat. Aliis ad palum deligatis elisum laqueo guttur, alii in crucem acti, plures securi percussi, nonnulli fame enecti, alii horrendum in modum secti, vel membratim caesi fuerunt, alii denique in caveis ferarum more inclusi, solis aestu, siti, verberibus, catenis et squalore carceris afflicti, mortalem hanc vitam cum immortalis ac beata commutarunt. Tantam vero suppliciorum atrocitatem alacri ac flecti nescio animo perpessi sunt: „steterunt, ut Sancti Cypriani verbis utamur, torquentibus fortiores, ac saevissima diu plaga repetita inexpugnabilem fidem expugnare non potuit“. Strenuissimorum istorum heroum numerus ad septem et septuaginta adscendit.

Quadraginta novem gloria pertinet ad inclytam et praeclare de religionis incremento meritam Exterarum Missionum societatem. Hi sunt in Sinis Ioannes Gabriel Taurin Dufresse Episcopus Tabracensis et Vicarius Apostolicus Sutchuensis ac pro fide interfecti Augustinus Chappelaine, Augustinus Tchao, Paulus Lieou seu Liou, Iosephus Yuen seu Uen, Thaddaeus Lieou, Petrus Lieou seu Ouen Yen, Petrus Ou, Ioachim Ho, Laurentius Pe-Man et Agnes Tsao-Kouy. Praeterea qui in Tunquino martyrium fecerunt Petrus Dumoulin Borie Episcopus electus, Ioannes Carolus Cornay, Augustinus Schoeffler, Petrus Khoa, Vincentius Diem, Petrus Tuy, Iacobus Nam, Iosephus Nghi, Paulus Ngan, Martinus Thinh, Paulus Khoan, Petrus Thi, Andreas Dung seu Lac, Ioannes Dat, Lucas Loan, Petrus Tu. Franciscus Xaverius Can, Paulus Mi, Petrus Duong, Petrus Truat, Ioannes Baptista Thanh, Petrus Hieu, Antonius Dich, Michael Mi, Martinus Tho, Ioannes Baptista Con, Ioannes Aloisius Bonnard. Et qui in Cochinchina in odium fidei interempti sunt Franciscus

Isidorus Gagelin Missionarius Apostolicus et Pro-Vicarius Generalis Cochinchinensis, Franciscus Iaccard, Iosephus Marchand, Emmanuel Trien, Philippus Minb, Andreas Trong, Thomas Thien, Paulus Doi Buong, Antonius Quinh Nam, Simon Hoa et Matthaëus Gam. Hos inter ad exemplum enituit adolescentis militis constantia Andreae Trong plane digni suae fortitudine matris, quae imitata Deiparam perdolentem adstitit filii supplicio, abscissumque illius caput a tyranno repetiit, excepitque gremio. Sex ac viginti etiam Martyribus gaudet fecunda Sanctorum parens et altrix Praedicatorum Fratrum familia, nempe Ignatio Delgado Episcopo Mellipotamensi Vicario Apostolico Tunquini Orientalis et Dominico Henares Episcopo Fesseitensi praefati Vicarii Apostolici Coadiutore, quorum primus in carcere et cavea diu martyr absumptus est, alter capitis obtruncatione certamen absolvit. Similiter in Tunquino accedunt hisce in passione socii novem ex ordine Praedicatorum Sacerdotes, Iosephus Fernandez Vicarius Provincialis, Vincentius Yen, Dominicus Dieu seu Hanh, Petrus Tu, Thomas Du, Dominicus Doan seu Xuyen, Iosephus Hien, Dominicus Trach seu Doai, et Dominicus Tuoc omnes capite caesi, praeter extremum, qui gravi vulnere saucius occubuit. Sunt e reliquo clero Iosephus Nien seu Vien, Bernardus Due, ambo capite mulcati et Petrus Tuan in vinculis cruciatuum diurnitate consumptus. Subeunt catechesis tradendae ministri Iosephus Canh medicus in tertium ordinem S. Dominici adlectus, Franciscus Chien seu Chieu ambo capitis damnati, Iosephus seu Petrus Uyen e tertio ordine S. Dominici in carcere aerumnis confectus, Thomas Toan item tertiarius Dominicanus fame enectus, Franciscus Xaverius Mau et Dominicus Uy, similiter tertiarii laqueo suspensi. Extremo hoc genere mortis affecti, succedunt alii duo tertiarii Dominicani, nempe agricolae Augustinus Moi et Stefanus Vinh, deinde milites tres, ex quibus Dominicus seu Nicolaus Dat fune strangulatus, Augustinus Huy et Nicolaus The secti: denique Thomas De sartor pariter e tertio ordine S. Dominici laqueo suffocatus. Congregatio Missionis S. Vincentii a Paulo, omne genus ministerii et charitatis complexa, ac tam longe porrecta quam late patet humanitas in Sinis, caeteris hisce Martyribus Venerabilem Dei Famulum Franciscum Clet dedit socium, qui nec apostolicis laboribus fractus, nec periculis aut minis deterritus, post longos saevi carceris cruciatus, laqueo suffocatus et crudeli modo conculcatus, diuturnum martyrium constantissime tulit. Tandem ne invicta haec acies italici etiam nominis gloria careret, spectat ad Minorum Franciscalium ordinem de religione ac societate semper optime meritum Venerabilis Ioannes Lantrua, nuncupatus a Triora, eius natali in Liguria oppido. Hic multis ex ethnicis ad Christum adductis, plurimis Christianis in fide firmatis, unus in vastissima Imperii Sinensis regione Sacerdos, proscriptae religionis ministerium inter-

ritus exercuit, donec in vincula coniectus et capitis damnatus eliso per laqueum gutture pretiosam obiit in conspectu Domini mortem. Horum omnium praeclarissimi triumphi et longe lateque per Christianum orbem fama diffusa. Iubar enim accessit miraculorum; neque defuerunt de coelo signa. Saepe incorrupta martyrum corpora suavem effuderunt odorem; saepe post supplicium ingens auditus innubilo caelo fragor; aut fulmine tactum tyranni tribunal, aut insolitis motibus tremuerunt orbis. Garrula interdum hirundinum acies circum morituros laeta volitavit, et, peracto Venerabilium Dei Famulorum martyrio, obscura ferrugine sol texit nitidum caput atque impii carnifices aeternam noctem timuerunt. Sequuta tandem pervicacium quorundam infidelium ad Christi fidem conversio, ac terribilissimae poenae, quibus plures e tyrannis tantarum caedium auctoribus obnoxii fuerunt, tum Martyrum decus et gloriam auxerunt, tum sanguinem eorum vere semen Christianorum esse probarunt. Propterea inquisitionis confectis legitimis tabulis, atque ad Urbem transmissis, de ipsorum martyrio penes Sacrorum Rituum Congregationem causa agitari coepta est, omnibusque probationibus accurate perpensis. Nos per decreta lata, sexto nonas Iulias anni superioris, quinto Kalendas mensis Martii et octavo Kalendas Aprilis vertentis anni de septuaginta septem eorundem Venerabilium Dei Famulorum martyrio eiusque causa, itemque de miraculis seu signis constare solemniter ediximus duobus exceptis ex eo numero, nempe Venerabilibus Matthaëo Gam et Ioanne Aloisio Bonnard qui iis signis carent, quos tamen propter martyrii splendorem ac fortiter toleratam pro Christo mortem eodem censu ac reliqui martyres habendos esse iussimus.

Ad actorum vero legitimam seriem perficiendam illud supererat discutiendum, num ipsi Venerabiles Dei Servi inter Beatos Coelites tuto forent recensendi. Hoc praestitit dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. presbyter Cardinalis Aloisi-Masella causae Relator in generalibus Comitibus ipsius Sacrae Rituum Congregationis habitis coram Nobis in Vaticanis aedibus sexto Kalendas Aprilis vertentis anni, omnesque tum Cardinales sacris tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant Patres Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos vero iterandas esse preces censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam divinae sapientiae praesidium Nobis compararemus. Dominica vero proxima solemnibus Christi Resurgentis huius saecularis anni eucharistico litato sacrificio, accitis dilecto filio Nostro praefato Cardinali Caietano Aloisi-Masella causae Relatore ac Pro-Praefecto SS. Rituum Congregationi ac R. P. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, una cum Reverendissimo eiusdem Congregationis Secretario Diomede Panici, ad solemnem dictorum septem ac septuaginta Martyrum Beatificationem tuto procedi posse decrevimus. Quae cum ita sint, Nos precibus permoti qua-

tuor Ordinum Religiosorum nempe Congregationis ab Exteris Missionibus, Ordinis Praedicatorum, Congregationis Missionis S. Vincentii a Paulo, atque Ordinis Minorum S. Francisci Assisiensis, simulque annuentes votis Vicariorum Apostolicorum Tunquini, Cochinchinae et Sinarum Imperii, qui illis in regionibus Christi Martyrum sanguine purpuratis Dominico gregi advigilant, de Consilio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Sacris tuendis Ritibus praepositorum, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Ioannes Gabriel Taurin Dufresse, Episcopus Tabracensis, Petrus Dumoulin Borie, Episcopus electus et socii quos ante nominavimus ab exteris missionibus; Ignatius Delgado, Episcopus Mellipotamensis, Dominicus Henares, Episcopus Fesseitensis Ordinis Praedicatorum, sociique praedicti; tandem Franciscus Clet e Congregatione Missionis et Ioannes a Triora Ordinis Minorum S. Francisci in odium Fidei ab idololatriis interfecti Beati nomine in posterum appellentur, eorumque corpora et lipsana seu reliquae non tamen in solemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur atque imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Auctoritate Nostra concedimus, ut de illis recitetur Officium et Missa de communi plurimorum martyrum iuxta rubricas missalis et breviarii tum Romani tum Ordinis

Praedicatorum cum orationibus propriis per Nos adprobatis. Eiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri concedimus in domibus ac templis quatuor dictorum Religiosorum Ordinum et Congregationum *necon Filiarum Charitatis*, ab omnibus Christi fidelibus tam saecularibus quam regularibus qui horas canonicas recitare teneantur. Tandem concedimus ut supradictis in templis ubique terrarum existentibus solemnia Beatificationis Venerabilium doctorum Dei servorum celebrentur cum Officio et Missis duplicis maioris Ritus: quod quidem fieri praecipimus die per Ordinarium respective definienda intra primum annum postquam eadem solemnia in Patriarchiali Nostra Vaticana Basilica celebrata fuerint.

Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint et sigillo praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus habeatur, quae Nostrae Voluntatis significationi hisce Litteris ostensis haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VII Maii MCM. Pontificatus Nostri Anno XXIII.
L. ✠ S. **Alois. Card. Macchi.**

46

Currende, betreffend die Weihe der Menschheit an das heiligste Herz Jesu.

Der Heilige Vater Papst Leo XIII. hat mit dem Rundschreiben „Annum sacrum“ vom 25. Mai 1899, enthalten im „Kirchlichen Verordnungs-Blatte“ vom 15. Juni 1899, Stück VIII, Nr. 35, die Katholiken eingeladen, den neunten, zehnten und eilften Juni 1899 besonders feierlich zu begehen und sich mit einer besonderen Formel dem hochheiligen Herzen Jesu zu weihen.

Wir Lavantiner haben uns schon am 17. Juni 1898 dem süßesten Herzen Jesu aufgeopfert. Das „Kirchl. Verordnungs-Blatt“ vom 15. Juni 1899, Stück VIII, Nr. 36, brachte ein bezügliches Hirten schreiben und die deutsche und slovenische Übersetzung der obigen Encyclica sammt dem vorgeschriebenen Weiheformulare, welches in den gedachten Sprachen auf S. 123 und 128 des citierten Verordnungs-Blattes vom 15. Juni 1899 zu finden ist.

Das „Kirchl. Verordnungs-Blatt“ vom 1. Jänner 1900, Stück I. brachte sub Nr. 2 die Instruction der hl. Congregatio Rituum vom 27. November 1899, betreffend die in Rede stehende Weihe der Menschheit an das hochheilige Herz Jesu und die neuerliche Gewinnung der Ablässe, die mit dem Rundschreiben „Annum Sacrum“ vom 25. Mai 1899 bewilligt wurden, und welcher sich Alle theilhaftig machen können, welche am hochheiligen Herz Jesu-Feste des Jahres

1900, oder am darauffolgenden Sonntage die obengedachte Weihe an das hochheilige Herz Jesu wiederholen.

Das „Kirchl. Verordnungs-Blatt“ vom 14. Jänner 1900, Stück II, Nr. 15 und 16 brachte das deutsche und slovenische Fastenhirten schreiben für das Jahr 1900, in welchem der Entschluß kundgegeben wurde, im Sinne der Instruction der heiligen Ritencongregation vom 27. November 1899, betreffend die Weihe der Menschheit an das hochheilige Herz Jesu, diese Weihe am Herz Jesu-Feste l. J. oder am darauffolgenden Sonntage in allen Pfarrkirchen der Lavanter Diöcese zu erneuern.

Das „Kirchl. Verordnungs-Blatt“ vom 15. Mai 1900, Stück III. brachte sub Nr. 17 eine Anweisung, wie der obigen Instruction der heiligen Congregation der Riten vom 27. November 1899 zu entsprechen sei, um der bewilligten Ablässe theilhaftig zu werden. Darinnen wurde gesagt:

„Es wird sich demnach empfehlen, vor Abbetung des Weihegebetes ausdrücklich die Intention zu erwecken, daß man aller jener geistigen Vortheile theilhaftig zu werden begehrt, welche der Heilige Vater für die Vornahme der Weihe an das heiligste Herz Jesu und für die Wiederholung der Weihe in dem bezüglichen Schreiben in Gnaden bewilligt hat.“

In Ausführung der vorstehenden Bestimmungen wird demnach angeordnet, daß am 22., 23. und 24. Juni l. J. in allen Pfarrkirchen der Diöcese zur geeigneten Stunde vor dem ausgesetzten hochwürdigsten Sacramente die Litanei des hochheiligen Herzens Jesu, enthalten im „Kirchl. Verordnungs-Blatte“ vom 15. März 1899, Stück III, S. 13 und am letzten Tage die Weihesformel, enthalten im „Kirchl. Verordnungs-Blatte“ vom 15. Juni 1899, S. 123 und 128 feierlich abgebetet werde.

Es wird aber absolut nöthig sein, den Weiheact mit einer erläuternden Ansprache einzuleiten, um so Gottes Ehre desto gewisser zu vermehren und die Theilnahme an den Schätzen der Kirche desto mehr zu sichern.

Vos igitur . . . crescite in gratia et in cognitione Domini nostri et Salvatoris, Jesu Christi. Ipsi gloria et nunc et in diem aeternitatis. Amen. (II. Petr. 3, 17. 18).

Marburg, am hochheiligen Frohnleichnamsfeste, den 14. Juni 1900.

47.

Jahresbericht über den allgemeinen frommen Verein der christlichen Familien zur Verehrung der hl. Familie zu Nazareth für das Vereinsjahr 1899/900.

Mit dem h. ä. Schreiben vom 8. Juni 1900, Nr. 2034 ist Seiner Eminenz, dem Cardinal-Protector des allgemeinen frommen Vereines der christlichen Familien zur Verehrung der heiligen Familie von Nazareth der Jahresbericht über diesen zeitgemäßen Verein für das abgelaufene Vereinsjahr 1899/900 übermittelt worden. Darnach sind im verflossenen Vereinsjahre in der Lavanter Diöcese 809 Familien mit 3333 Mitgliedern dem Vereine neu beigetreten. Sie vertheilen sich auf die nachbenannten Pfarren, wie folgt: Marburg 118 Familien mit 240 Mitgliedern; St. Peter bei Marburg 69 Familien mit 261 Mitgliedern; St. Barbara bei Wurmberg 257 Familien mit 1152 Mitgliedern; Zeluz 24 Familien mit 45 Mitgliedern; St. Margarethen an der Pehniz 6 Familien mit 20 Mitgliedern; Cilli 8 Familien mit 36 Mitgliedern; Fraßlau 4 Familien mit 8 Mitgliedern; Rief 10 Familien mit 69 Mitgliedern; Faring 2 Familien mit 6 Mitgliedern; St. Georgen an der Pehniz 11 Familien mit 65 Mitgliedern; Bibika 33 Familien mit 104 Mitgliedern; St. Stefan bei Süßenheim 2 Familien mit 9 Mitgliedern; Neufkirchen 19 Familien mit 110 Mitgliedern; Doberna 13 Familien mit 64 Mitgliedern; Sternstein 1 Familie mit 6 Mitgliedern; Pettau 19 Familien mit 32 Mitgliedern; Saldenhofen 6 Familien mit 24 Mitgliedern; St. Gertraud ob Lüsser 13 Familien mit 45 Mitgliedern; Dobova

21 Familien mit 97 Mitgliedern; Sromlje 158 Familien mit 856 Mitgliedern; Artice 15 Familien mit 84 Mitgliedern.

Daß in diesem Jahre die Zahl der neu eingetretenen Familien und Mitglieder gegen die früheren Vereinsjahre zurückgeblieben ist, mag wohl darin seinen Grund haben, daß dieser fromme Verein ja ohnehin schon in der Diöcese eine überaus große Verbreitung gefunden hat, indem er nun im Ganzen 28.151 christliche Familien mit 139.054 Mitgliedern zählt. Wahrlich eine stattliche Zahl von frommen Gläubigen, welche sich die Aufgabe stellen, die hl. Familie von Nazareth andächtig zu verehren und ihr häusliches Tugendleben nachzuahmen! Wenn man jedoch bedenkt, daß der Schematismus der Lavanter Diöcese im Jahre 1900 eine Seelenzahl von 510.938 ausweist, so wird man eine noch weitere Vermehrung der Mitgliederzahl dieses gerade in unseren Tagen so wichtigen frommen Vereines noch immer für möglich halten. Darum wird derselbe auch fernerhin der sorgfältigen Pflege der hochwürdigen Seelsorgegeistlichkeit dringend empfohlen.

Die fürstbischöflichen Pfarrämter werden abermals aufmerksam gemacht, die neuen Mitglieder-Verzeichnisse bis Mitte Mai kommenden Jahres anher in Vorlage zu bringen.

48.

Diöcesan-Nachrichten.

Überseht wurde Herr Jakob Kojar, Kaplan in Altenmarkt, in gleicher Eigenschaft nach St. Martin bei Schalleck.

Unbesetzt ist geblieben der 1. Kaplansposten in Altenmarkt.

F.-B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 15. Juni 1900.

† Michael,
Fürstbischhof.